


nervo medio pilis longis subrigidis, crispis, grossis praedita. Capitula campanulato-cylindrica.

Fortasse Beauverd recte dicit eam varietatem novam esse, sed specimen integrum non est et alia, quae comparentur, praesta non sunt.

Hypochoeris ornata Koster, nov. spec. — *Hypochoeris taraxacoides* var. *lanuginosa* Beauverd in Herzog, Pfl. boliv. And., 1923, 228 (nomen nudum) (fig. 3, a—b).

Herbacea, parva, acaulis, perennis, 2½ cm longa, 6 cm lata; radice crassa. Folia omnia radicalia, rosulata, sessilia, anguste oblonga, runcinato-pinnatifida, dentibus integris vel undulatis, saepe curvatis, subacutis, crassa, apice subacuta, parte basali pedunculiformi, margine basi lanata, pilis longis, cetera glabra, 2½—3 cm longa, 5—7 mm lata. Capitulum solitarium, sessile, multiflorum, 2 cm longum, circa 13 mm crassum; involucri campanulato-cylindrico, squamis 3-seriatis, subaequilongis, lanceolatis, apice nigro-viridibus, acutis, 1½ cm longis, 1½—2 mm latis, externis parte superiore pilis applanatis, crispis, circa 1½ mm longis, interdum fissis praeditis. Flores bisexuales, corolla ligulata, apice 5-dentata, 14 mm longa, ligula 2 mm lata. Antherae apice obtusae, ad basin breviter sagittatae, partibus 2 obtusis. Styli rami breves, apice obtusi. Achenium immaturum, breve, cylindricum, erostratum, costatum, subangulatum; pappus uni-seriatus, setis plumosis, albis, 6 mm longis. Receptaculi squamae lanceolatae, apice subulatae.



Bevelander del.

Fig. 3 — *Hypochoeris ornata* Koster, nov. spec. a: planta florescens (× 1); b: squama involucri externa (× 3) — *Hypochoeris parvifolia* Koster, nov. spec. c: planta florescens (× 1¼).

H a b.: am Cerro de Oruro auf steinigem trockenem Boden, 3800 m alt., Nov. 1911, n. 2522 c.

Obs.: *H. barbata* (Sch.-Bip.) Reiche differt folii margine ciliata et capitulo longiuscule pedunculato. *H. ornata* differt a ceteris speciebus affinis et fortasse etiam a *H. barbata* (quam non vidi) pilis applanatis crispis involucri squamorum externorum, quae causa nominis est.